



SPECIMEN
VINDICIARVM
CAROLINARVM

Sive

*L. 171
1638,4*

SENTENTIA CONSTI-
TUTIONIS CAROLINAE

de judiciis publicis Artic. 178. à corruptelis
Pragmaticorum vindicata:

Cuius defensionem

PRÆSIDE

JOHANNE OTTONE TABORE

J. U. D. Codicis & Feudal. placit. Profess.

IN AUDITORIO SOLENNE

Ad diem 23. Augusti

Horis ante & pomeridianis

Pro virili sustinendam suscepit

PAULUS GAMBS ARGENTINENSIS



ARGENTORATI

Excudebant PAULI LEDERTZ Heredes.

M. DC. XXXIIX.



VIROS

*Non tam muneris amplitudine, quam in DEUM
pietate, charitate in patriam, pietateq; in Cives
maxime conspicuos*

Dn. TOBIAM STEDELIUM
Consularem,

Et

Dn. JOH. ULRICUM FRIDIUM
J. C. Reipubl. patriæ Consiliarium &
Archigrammateum, fidum, facun-
dum, felicem :

Utrumque bonarum mentium Patronum
præcipuum

*Suis quoq; studiis faventes volentesq;
cupit optatq; :*

*Hac tenui dedicatione se vicissim virtutibus
ipsorum devovens*

Paulus Gambs.

MZ



Thesis I.



Uod de Constitutionibus Imperij in uni-
versum rectè monetur, cognitionem illarum ne-
cessariam esse ei, qui in Republica cum fructu ali-
quando vivere velit, Noë Meurer in *prafat. compend.
constit. Imper. Treutl. 1. Disput. 1. thes. 5. lit. e. G. Schultz
prolegom. Synops. Inst. Itemq; t. 1. lit. a. Et 2. lit. a. Gail. 1.
de pace publ. 1. n. 9. Hakelm. 1. disp. 1. th. 20. l. a. P. Gilken. praf. Cod.*

I I.

Id inprimis quoque locum habet in Constitutione Caroli V.
de iudicio causarum capitalium, quæ vulgo die Ordnung des peñli-
chen Gerichts / vel Peinliche Halsgerichts Ordnung: v. *inscript. vulgat.
ab ipso Imperatore in privilegio Ivoni Schöffern Typographo Moguntino
Anno 1532. Ratispona, extremo Iulij die concessa, & Constitutioni huic præ-
misso, die Hals oder Peinliche Gerichtsordnung / & in ipsa Constitut.
passim: des Heil. Reichs Peinliche Gerichtsordnung. art. 3. 4. 5. nun-
cupatur. Quippe quæ merito suo cynosura atque helice omnium
eorum, qui causas criminales aliquando disceptaturi sunt, appellatur:
proem. §. 6. & 7. d. Const. 1. tit & art. 1. & 150.*

I I I.

Licet enim Oldendorpius *Jctus grauissimus class. 7. action. prin-
ipio pag. 259. pessimè olim de ista ordinatione nonnullis sensisse vi-
deatur: vide Zieriz. in epist. dedicat. not ar. ad d. Constit. atque ad hoc
censuisse: in accusationibus criminum multò plus præstare unam
l. respiciendum. 11. de pœnis, quam totam tamque sæpe mutatam Caro-
li V. Constitutionem Criminalem: Unde Zierizius ad artic. 141. ex
eodem isto Oldendorpij loco, compilatores huius Constitutionis
oscitantia & negligentia arguere; & iterum in d. prafat. tanquam
methodi parum observantes perstringere, non veretur.*

I V.

Attamen vel Oldendorpium malè; vel quod verius, de alio
quodam scripto, non de hac Constitutione censuisse, dicendum est;
siquidem is (1) non de Constitutione quâdam, sed de libro aliquo
huius

A 2



hulus argumenti loquitur, *ibi: multò plus prestat una l. 11. de poen. quam totus ille liber de iudicio capitali, nescio quoties editus & reformatus, vom Halsgerichte.*

V.

Neque etiam (2) Constitutio hæc tum temporis circumferebatur sub titulo vom Halsgerichte; sed sub illis, quæ præfati sumus th. 2. elogiis: Neque Constitutio ea, quod tertium *γρόσιμα* libri ab Oldendorpio reprobati est, multoties reformata fuit: quanquam in duobus Comitibus Augustanis Anno 1530. & Ratisponensibus Anno 1532. fuerit elaborata & efformata.

VI.

Certè illi tempori, quo Oldendorpius Classes suas scripsit, hoc est, Anno 1543. vix conuenit hæc assertio; cum verisimile hæut videatur, ut homo cõsideratus tam sinistrè iudicaverit in scripto ad ipsummet Imperatorem directo, de Constitutione publica Comitiorum Majestate munitâ; cùm id à crimine sacrilegij non longè sit abfuturum: modestius utique de Constitutionibus publicis docere & sentire eos par est, qui publicâ auctoritate jura docent & interpretantur.

VII.

Denique cum l. 11. generalia saltem in his causis iudicandi præcepta tradat, minus rectè antehabita fuerit à Jurisconsulto præceptis specialibus, & de singulis ferè delictis disponentibus, *per ea quæ disputat A. Massa lib. 1. de Exercit. Jurispr. num. 18. Wesenb. conf. 19. num. 63. & conf. 24. num. 13. quæque ad obruffam juris Romani diligentissimè inveniuntur exacta. teste ipso Imp. in præfat. & passim. itemq; Nicol. Vigel. præf. Com. in d. Const. eâ etiam methodo digestæ, quam in alio quodam privato auctore vix quispiam cum successu quæserit.*

VIII.

Itaque oscitantæ potius accusandi illi sunt, qui tam grauem & elaboratam Constitutionem insuper habent, eiusve explicationem tam perfunctoriè tractant, ut nec ad verba quidem illius attenderint, ne dum ad mentem & intellectum.

IX.

Cuius rei specimen hac vice daturi sumus in explicatione articuli 178. qui (ut alij multi in vulgatis editionibus) insigne sphalma continet, quod tamen plerique Commentatorum inadvertentes prætermisere.

X. Atti-

X.

Articulus ille in editione Constitutionum Imperij Anno 1585. procurata, ut & in recentiore illa, Anno 1615. emissa ita habet: So sich jemand einer Missethat mit ehrlichen / scheinlichen Wercken / die zu vollbringung derselben Missethat dienstlich seyn mögen / vnterstehet / vnd doch an vollbringung derselben Missethat / durch andere Mittel / wider seinen Willen verhindert wird; solcher böser Will / darauß etliche Werck / als obstehet / folgen / ist peinlich zu straffen / aber in einem fall härter dann in dem andern / angesehen gelegenheit vnd gestalt der Sachen: Darumb sollen solcher Straffe halben die Vrtheiler / wie hernach stehet / Rahis pflegen / wie die am Leib oder Leben zu thun gebüret.

X I.

Hanc vulgatæ editionis lectionem (quam & illa, quæ Anno 1614. in forma octava prodiit, habet; & altera illa, quam Petrus Musculus eodem Anno 1614. Francofurti in folio exhibuit:) κατά νόμον novissimè expressit, & verbotenis secutus est in Commentario suo M. Stephani, paraphrasi è Remo solito more ferè descripta. Neque quicquam monuere Zierizius aut Bullæus, omnes huius Constitutionis interpretes, cum tamen manifestam omninò absurditatem hæc verba adferant, daß einer mit ehrlichen Wercken einer Missethat sich vnterstehen könne.

X I I.

Nec prætextum aliquem inde quis sumere possit; quod in sensu ferè simili vocula redlich multis in locis huius Constitutionis usurpetur: Id enim ad correctionem veræ lectionis & ad exemplum propagandæ κατά χριστων vim nullam habet; quid quod λόγῳ aliis subjectis adjungitur ea vox: Ita enim artic. 18. redliche Anzeigungen dicuntur, legitima & sufficientia indicia, arg. text. ibid. so ein redlich gnugsam Anzeigung / Argwohn oder Verdacht geben. Ita redliche Entschuldigung in inscriptione art. 13. dicuntur justæ & relevantes excusationum sive exceptionum causæ atque momenta: uti hoc explicatur artic. 16. ibid. oder auß rechtmessigen Ursachen widerlegen möge.

X I I I.

Gallicus paraphrastes, qui Anno 1612. prodiit, & se accuratissime verba & sententiam huius Constitutionis reddidisse jactitat, ita hoc comma enunciat: Si aucun se met en devoir de commettre quelque delict

A 3

par



par actes exterieures & approchantes de fort pres l' execution dudit delict &c. quasi in germanico haberentur verba, durch äusserliche Wercke. Quam eandem sententiam amplexus est ipse Remus Anno 1618. ista versione: Si quis non extrinsecis tantum & remotis factis (ut apparatu telorum, veneni mali præparatione) sed proximis, quæ ad perfectionem criminis pertingunt, maleficium designare conetur: in quo tamen divinitus quasi immixtis obstaculis, contra voluntatem deliberatam, opere complendam, impeditus fuerit: Hic animus malus, hæc mens mala, & ad malum projecta; hæc malefaciendi libido, è qua, quid intus fuerit, promanarit, si manifesta facta deprehendantur, extremo supplicio, quibusdam atrocioribus casibus percellenda est: Aliquando tamen gravius, interdum observato delicti genere levius punitur conatus: quo in negotio Judicum prudentia elucebit, qui ut tutius decernant, togatorum clarissimorum consilio utentur.

XIV.

Nicolaus Vigelius in comment. ad eand. Constitut. cap. 2. quest. 1. except. 1. eadem verba ita recenset: So sich jemand einer Missethat / mit gefährlichen scheinlichen Wercken &c. quasi non sufficiant facta indifferentia, sed requirantur ea, quæ per se sunt noxia, sive sua natura ad nocendum comparata, l. 238. fin. de V. S. l. 2 de noxal. act.

XV.

At hos omnes textum perperam enarrare, docet exemplar illud primogenium, quod ab Ivone Schöffern Moguntino, uti d. Anno 1533. auctoritate Imperiali impressum est, & multis in locis recentiorum editionum menda detegit, denique ex eadem auctoritate plenissima fide pollet, juxta privilegium ibidem præmissum, quod ita habet: Es soll auch keinem andern gedrucktem Abschied / an einigem Ort / in oder außserhalb Gerichts oder Rechts geglaubet werden / sonder geserde: Das ist unsere ernstliche Meynung.

XVI.

Ita enim habet exemplar illud Authenticum: Item / so sich jemand einer Missethat mit etlichen scheinlichen Wercken: hoc est, si quis delictum factis seu actibus quibusdam manifestis perpetrare conetur &c. voce etlichen non collective, sed distributive accipiendâ, ut ex sequentibus patebit.

XVII.

Agit enim dictus articulus de conatu: cuius usitato JCrus more ab Imperatore Carolo V. eiusdemq; parastatis, & natura describitur & pœna subindicatur.

XVIII.

Maxima enim fuit omni tempore inter interpretes de conatus pœnâ disceptatio, & plurimæ occurrunt apud celeberrimos pragmaticorum de materiæ huius difficultate querelæ, quas collegit Farinacius quæst. 124. princ. *Qui cum aliorum inconstantiam & distinctionum futilitatem rideat, d. pr. nihilominus in eundem lapidem impingit, ineptissimas distinctiones comminiscendo. n. 67. 68.*

XIX.

Sane commentatus est hac dere jam olim Felinus Sandæus, sed paucissimis; tota enim tractatio unico quaternione absolvitur: de quâ Spigelius in Lex. præcipitavit iudicium, cum eam omnibus probatam iri censuit: nam ut *ἀμωδία* & ferendam in illo seculo confusionem taceamus, pleraque ipsius tradita cum juris analogiâ pugnant: quod in prælectionib. publicis ostensum est; quas hic non describimus: Adeoq; rectius eodem loco Schardius existimavit, si quid ex Felino petendum sit, id adhibito iudicio fieri debere.

XX.

Quamobrem nobis, ut tutius progrediamur, ante omnia vocis homonymia, quâ multi Dd. fallunt & falluntur, explicanda est. Nam ut Scal. rectè monet, *1. hist. anim. f. 12. in fin. Equivoca voces minitantur Philosophi naufragia: quæ sanè inter pp. h. l. experiuntur.*

XXI.

Etenim vocabulum istud tam latè Dd. usurpant, ut cum adfectu, voluntate, proposito, consilio illud ferè confundant, veluti quando dicunt, affectum sine effectu non puniri: Bertachinus & Barbosa cum allegatis in voce affectus, Farinacius quæst. 124. num. 1. Cuiacius recit. *Cod. tit. si quacunq; præditus potestate. Aequali sorte puniri scelus & sceleris voluntatem l. 1. Cod. Th. ad Leg. Iul. de ambitu: consilium vel conatum non sufficere, si delictum non habeat effectum, Accurs. in l. 15. §. 10. de injur. & similiter.*

XXII.

Cùm tamen hæc accuratè omninò discernenda sint, voluntas inquam delinquendi seu βέλους: consilium seu βέλους, & conatus seu σίγη vel ἐπιχέγημα. Nov. 153. Epilog. fin. uti eleganter docet JCrus
in l.

de l. 225. de Verbor. S. ubi mentio fit (1) consilij seu voluntatis in mente retentæ, (2) voluntatis jactatæ seu prolatae & communicatæ, (3) ipsius conatus. Conf. Cuiac. de feud. lib. 4. tit. 62. nec non inf. th. 56.

X X I I I.

Voluntas enim strictè sumpta, privatam mentis agitationem notat, sive animi propositionem *d. l. 225.* quæ alibi cogitatio, propositum, adfectus nuncupatur: de qua exaudienda est regula *l. 18. de pæn. cogitationis pœnam nullam esse*: (quam Farinacius minus rectè tanquam limitationem thesæos suæ de conatu puniendo substituit, *num. 104.* cum sola cogitatio non nisi latissimo vocis significato, ad conatum possit referri) *scil. in foro soli. Covarruv. ad Clement. furiosus de homicid. secund. part. relect. init. num. 5. vers. jed & his (de foro conscientia quib. Casista statuunt, videri potest remissivè apud Farinac. n. 73. & 105.)*

X X I V.

Tametsi v. Cuiac. *in recit. C. ad. L. lul. maj. itemq. lib. 8. obs. 22. nec non 25. obs. 25. & post eum Gædd. ad d. l. 225. de V. S. n. 1.* regulam hanc ad solam Edicti, quod quisq. juris, causam restringant: alibi tamen ostendimus, imò eam ubiq. in foro seculi obtinere: non tantum si per voluntatem actum volendi in volente hærentem; quam græci δέλυσιν vocant: sed etiam si τὸ δέλυσμα δελυτὸν seu ipsum volitum intelligamus.

X X V.

Itemque procedit regula prædicta non tantum eo casu, quo voluntas ista in mente secreta manserit atque occulta: quo casu ne ipsa quidem Ecclesia de occultis judicat, *c. cogitationis. de pœnitent. distinct. 1. P. Gregor. 30. Syntagm. 2. num. 7.* sed & altero illo, quo ex confessione aut manifestatione ipsius rei, voluntatem eiusmodi, re planè integrâ mutantis & detestantis, aliquando patuerit. *2. f. 51. §. si voluerit.*

X X V I.

Ratio inter alias hæc est perspicua; quod delinquere & peccare sit facere & in prædicamento actionis; ideoque non sufficiat malefaciendi voluntas, sed factum ipsum requiratur. *C. l. A. de privat. delict. lib. 3. Cuiac. ad d. l. 225. de V. S. ibi LL. in factum constituuntur.*

X X V I I.

Atque hoc velle Imperatorem Augustissimum Carolum V. arbitramur, quando in conatu requirit facta manifesta, ibi: mit etlichen scheinlichen Wercken: vel voluntatem cum factis quibusdam ad delictum ordinatis conjunctam, ibi: solcher böser Will / darauß etliche Werck / als obsteht / folgen / ist zu straffen.

X X V I I I.

XXVIII.

Quamobrem ab hac regula non sepatamus delicta atrociora, imò ne atrocissimum quidem minutæ majestatis; sed etiamnum asserimus Curiam Parisiensem, Nobilem illum Normannum, qui monacho Franciscano confessus fuerat, se voluntatem occidendi Regis Francisci habuisse, nihil tamen ausum esse quod flagitiosæ voluntatis sponte pœnitisset; malè tanquam perduellionis convictū condemnasse, v. Bodin. 2. de Rep. cap. 5. num. 469.

XXIX.

Nec obstat Novellæ 135. epilogus, ubi Imperator periculum vite illis minatur, qui vel sola cogitatione tenus ea, qua in dicta Constitutione de cessione bonorum definita sunt, transilire attentaverit: Nam præterquam quod d. Novell. à recentioribus Codici est adjecta, nec auctoritatem receptæ fidei habet; vox cogitationis ibidem non opponitur consilio; sed factò: adeoque illa cogitatio ad speciem sequentem trahi potest: argum. l. 5. ibi cogitaverit & §. 4. collato §. ultim. ibi consiliorum arcana Cod. ad Leg. Jul. majest. l. 6. in princ. C. de his, qui ad Eccles. conf. Id quod textus græcus inprimis etiam suadet.

XXX.

Alia statim est causa consilij, hoc est, voluntatis, & cogitationis cum aliis communicatæ, quæ aliàs deliberatio, consultatio & conspiratio dicitur: Quanquam enim & hic regulariter in delictis consilium seu consultatio non nocet; secus tamen est in criminibus, quæ vulgò Dd. vocant excepta, in quibus lex ipsam quoque consultationem notavit & damnavit, uti sunt lex majestatis, proditionis, parricidij & eiusmodi crimina atrociora.

XXXI.

Ad quam sanè delictorum speciem pertinere videtur postulatam Gailij lib. 1. de Pace publicâ cap. 14. num. 7. in fin. ubi concludit: Voluntatem externis indiciis patefactam, pro delicto haberi: Nisi per indicia, facta propriè dicta, ut præcedentia ferè arguunt, intelligit: qui sensus tamen itidem ex sequentibus temperamentum assumere debet.

XXXII.

E diverso ex eâdem hac distinctione judicare licet, rectè quondam à Tyrone Tullij liberto Catonem reprehensum fuisse; (quicquid contra pro Catone disputet A. Gellius lib. 7. N. A. cap. 3.) quod is Rhodienses

B

de defe-



de defectu deliberantes ex eo excusare nifus eſſet; quia nemo, qui malefacere voluerit, plectendus ſit, niſi quod factum voluit, etiam effecerit: allatis ad eam rem comprobendam exemplis planè diſſimilibus: ponamus, inquiring, legem eſſe, ne quis ultra 500. jugera habeat: Atqui nos omnes, ſubjicit, plura habere volumus, & id nobis impune eſt.

X X X I I I.

Etenim Cato initio voluntatem in mente retentam, ſive adfectum, mentis agitationem & deſiderium, cum voluntate jam prolata & communicata; deinde delicta leviora & graviora ſeu excepta confundit: ut ex ipſa diſputatione apud Gellium liquidò apparet.

X X X I V.

In levioribus enim demum delictis conſilium ferè à lege prætermittitur ſine nota, ideoque impune eſt, quia, uti dictum, in his maleficium omne ex re æſtimatur, hoc eſt, ex ipſo facto incivili: ſeu, factum ipſum requiritur §. 1. *Inſtit. de Obligat. qua ex delict. naſc. l. 4. de obligat. & action.*

X X X V.

Ita v. c. in furto conſilium ſive dediffe, §. 11. in ſin. ubi Dn. D. *Locamerus p. m. lit. f. de obligat. qua ex delictis naſc. ſive coepiſſe, non nocet; quando contrectatio ſequuta non eſt: quia ſcilicet furtum ſolo animo, ſolâ voluntate aut conſilio, non committitur, l. 52. §. 19. & 13. de furt. ſed factum contrectationis deſideratur, l. 3. §. 18. de acquir. poſſeſſ. Cuiac. d. l. 225. in princ. p. m. 421. ibi: Exigit deſinitio. L. in fure animum & attrectationem rei alienæ. Aliter Farinacius d. quaſt. 124. nu. 64. qui d. l. de conatu propriè dicto accipit, & ſpeciale hoc eſſe in crimine furti contendit. ut conatus in eo non puniatur, ſaltem ordinariè: quorum tamen illud quoque falſum eſſe, ſeqq. docebunt. Attrectatione verò ſequuta haud dubiè furtum erit, §. 3. *Inſtit. de O. qua ex delict. naſc. Haſprecht. ad §. 1. l. d. n. num. 5. ſaltem civiliter vindicandum. vid. Berlichium §. concluſ. 44. num. 68, & ſeqq.**

X X X V I.

Ita qui voluit, conſuluit, curavit, juſſitve convitium fieri (quod tamen factum non ſit) injuriarum non tenetur, l. 15. §. 10. *de injur. ubi gl. in verbo non tenebitur. quia ſcilicet injuria, non cogitatione tantum aut conſilio, ſed omninò re aut verbis fit, l. 1. §. 1. de injur. Adde Quintil. 7. Inſt. 4. ibi: actio injuriarum factò & animo continetur.*

X X X V I I.

Eadem de causa non punitur magistratus, si maximè voluerit, seu consilium cœperit de novo jure statuendo, dummodo non statuerit, vel quod statuerit effectum, ob subjecti defectum, *vid. infr. thes. 90.* non habuerit, *l. 1. §. 2. ff. quod quisque jur.* verbum enim *statuendi*, quo prætor in Edicto maleficium istud circumscriptis, rem perfectam significat, & injuriam consummatam.

XXXVIII.

Neq; refragatur iis, quæ hætenus dicta sunt, *l. 14. ad L. Cornel. de sicar.* ubi edicitur: in delictis voluntatè spectandam esse, non exitum. Nec quod in specie *l. 39. de furtis* dicitur: in furto non factum quæri, sed causam (*scilicet finalem*) seu voluntatem, *ut glossa ibidem explicat & intentionem facientis.*

XXXIX.

Quamquam enim minus placet explicatio P. Gregorij 30. *Synagm. cap. 2. num. 9.* quod voluntas ibi non intelligatur, quæ in mente retinetur, sed quæ erumpit: cum nec ea semper crimina absolvat; ut ex dictis manifestum est: Possumus tamen respondere: phrasin illam non accipiendam esse *ἄσικως* vel *ὑπισικως*, ut consideratio exitus planè excludatur & removeatur: *id enim esset contra jura manifesta, quorum summam supra retulimus: adde l. 16. §. 8. de pœn. itemq; contra ea quæ indicant solam voluntatem non puniri. l. 18. de pœn. l. 225. de V. S. sed οὐκ ἄσικως* seu comparative, non scilicet in delictis tam spectandum esse exitum & eventum, quam animum vel voluntatem.

XL.

Atque ita alibi clarissimè effertur eadem hæc propositio: Non solum factum, sed & affectum in delicto constituendo inspicere & requiri, *§. 7. Inst. de obl. quæ ex delict. nasc. l. 46. §. 7. l. 53. de furtis.* cum factum etiam animum delinquentis exigat, *l. 41. in fin. ad Leg. Aquil.* ac in eadem Lege Corneliâ dicitur crimen contrahi (non statim si percussio facta fuerit; sed) si & voluntas nocendi intercesserit, *l. 1. Cod. ad L. Cornel. de sicar.*

XLI.

Neque insolens est in jure, ut particula *non* sumatur vel *ἄσικως* & subintellecta voce tantum, ut in *l. 9. ad L. lul. de vi pub. l. 4. 69. de V. S. l. 11. §. quod ait. 2. de recept. arbitr. l. non enim. 38. ad Senatusc. Treb. vel οὐκ ἄσικως* pro non tam, ut in *l. 12. de off. præf. l. 20. fin. de adquir. vel em. poss. vid. Brisson. in hac voce.*

X L I I.

Sed nos omissis istis, *quæ loco evidentialium, ut loquuntur, præmissimus, de conatu strictius accepto, de quo articulus noster potissimum agit, ad eius normam sermonem instituemus.*

X L I I I.

Quo in sensu conatus seu *conamen, ut in l. 1. C. si quacunq; præditus potestate, definitur Cuiacio, initium faciendi, quod effectu caruit, in recit. ad. d. 1. C. & ad d. 1. 225. de V. S. Donello, factum instructum seu comparatum ad nocendum. 15. Comm. 23. Aliter Ioh. Althus lib. 1. de iur. cap. 10. num. 2. & 3. qui conatum definire videtur (verba enim paulo sunt obscuriora) adfectum delinquendi abstractum: vel conceptionem delicti sine effectu & executione: vel principium exequendi eius maleficij, quod facinorosus animo volut averat.*

X L I V.

Plenius Imperator noster *hoc artic. 178. conatum ita describit: quod sit factum manifestum ad maleficium aliquod perpetrandum directum, à cuius consummatione facinorosus aliis modis & mediis contra animi sui sententiam impediatur.*

X L V.

Generis loco ponit Imperator factum; ut innuat, se conatum *mentis seu voluntatis & consilij hic non spectare; sed de conatu manus loqui: Differentiæ loco requirit factum (1) manifestum (2) ad nocendum comparatum: ut removeat facta occulta & indifferentia: cum nec judicari de pœna debeat, antequam de corpore delicti constet: nec culpabilis sit conatus, qui ad maleficium non sit directus. Wesenb. cons. 269. n. 39. per l. 1. §. 30. & 31. de Sc. Silan.*

X L V I.

Facta eiusmodi manifesta in primis fiunt vel *ex definitione legis, vel ex evidentiâ facti seu ipsorum factorum propria, quod ea ad nocendum directa esse in propatulo sit, quodve, ut Dd. loquuntur, actus sint, delicto proximi. Ac quæ facta incepta jam à lege notata sunt, haud dubiè pœnâ legis merentur: licet delictum ipsum, ad quod tendunt, perfectum & perpetratum non fuerit: fatente ipso met Farinacio d. quæst. 124. num. 21. ibi: quando à lege vel statuto conatus expressè punitur, tum non requiritur delicti consummatio, ad hoc ut eadem pœna locum habeat: idemq; extra dubium esse ait.*

Exempla suppetunt non tantum in atrocissimis delictis, ut L. Jul. majestatis l. 5. C. ad L. Jul. majest. veluti cum Dd. statuit Gailius 1. de pace publ. cap. 14. num. 8. sed & in minus atrocibus: Eaque definitio, (quod scilicet conatus ex lege manifestus, puniendus sit) procedit non tantum in iis delictis, quæ factum externum non requirunt; sed & in iis, quæ factum externum ad sui consumationem deponunt. *contra Oldendorpium in Lexic. hac voce.*

X L V I I I.

Sic enim (1) is, qui jus iniquum impetravit, licet eo usus non sit, tenetur. l. 3. quod quisq; juris, licet enim impetratio novi juris collata cum fine impetrationis ultimo, hoc est, cum usu juris iniqui; (qui usus sequutus non sit) instar conatus habeat: quia tamen ipsa impetratio per se Edicto notata & prohibita est: idè indistinctè pœnæ talionis committitur, sive impedimento externo sive interno, hoc est pœnitentia, exitum facinus non invenerit, secus quam in altera specie conatus obtinet.

X L I X.

Ita (2) de albo corrupto tenetur is, qui sustulit album corruppendi eius animo, licet non corruerit l. 7. §. 5. de jurisd. Ita (3) is, qui pecuniam accepit, ut negotium alicui in judicio faceret: licet id non fecerit, punitur. l. 1. 3. & 7. de calumn.

L.

Ad eundem modum (4) infamis fit, qui pacto jurato contra venire tentaverit, judicem eâ de re interpellando aut Principi supplicando, licet is exauditus ab his non fuerit, l. 41. C. de transact. vid. Boserum class. 6. disputat. 8. thes. 4. ubi tamen inepta objectio subjicitur; quod in d. l. 41. habeatur verbum notetur non notatur: nisi pro ista voce legamus, conatur.

L I.

Ita (5) punitur, qui alienum servum corrumpere statuerit, licet servus corrumpi se passus non sit, l. 20. C. de furtis. §. sed et si. 8. de obligat. qua ex delict. quia ipsum corrumpendi studium & opera à lege quasi facinus incivile notatum est: neque enim ad persuasionem aliud, quàm verborum suavitas & blanditiæ exiguntur, inquit Ictus in l. 1. §. persuadere. de servo corrupto. Aliter Dd. comm. qui rationem horum textuum in eo ponunt, quod delictum corruptionis leve sit, adeoque conatus

eadem, qua delictum consummatum, pœnâ afficiatur: vid. Farinac. q. 124. num. 38. contra suammet doctrinam, quando alibi conatum in delictis levibus non puniri docet num. 52. itemq; in delictis non atrocibus conatum solum non puniri, num. 50. & regulam de affectu puniendo multò magis procedere in delictis atrocissimis, num. 11. Aliter & penè in contrarium ratiocinatur Tuscus conclus. 544. lit. C. num. 16. quia hoc factum possit trahi ad malum exemplum, idèd puniendum esse conatum, licet non sit sequutus effectus: Quasi verò non omnium delictorum coërcitio pertineat ad exemplum, sive idèd suscipiatur, ut alij exemplo deterreantur, l. 6. §. 1. l. 18. §. 15. de pœnis. l. 31. in princ. depositi.

L I I.

Ita (6) qui furti faciendi causa alienum conclave intravit, licet ad effectum ultimum non pervenerit, hoc est, non contrectaverit, dum tamen illud manifestum sit furti faciendi causa intrasse; tenebitur vel de vi, si per vim introiverit; vel de injuriis, si vis abfuerit, l. vulgaris 21. §. qui furti. 7. de furt. Quod si quis in alienum cœnaculum se direxerit, hoc est, non per januam aut rectâ viâ ingressus fuerit, sed malis artibus ascenderit, fenestras hamis atque uncinis vel aliâ ratione aperuerit, (cuiusmodi nequam homines hinc apertularij vocabantur) atque ita introierit furandi animo, licet nihil furatus sit, coërcetur & quidem gravius, quam vel ipsi fures simplices, l. 7. de Extraordin. crim. Cuiac. 10. observ. cap. 27. Aliter & pessimè iterum d. l. 21. §. 7. interpretatur Farinacius num. 65. scribens, conatum idèd non puniri, d. l. 21. quia civiliter agatur ad interesse, vel pœnam parti applicandam. Nam imò punitur ibi sola ingressio; & agi potest utroque casu, etiam criminaliter.

L I I I.

Ita (7) puniuntur, qui in effractione ædium deprehensi, crimen peragere non potuerunt, l. 1. §. 2. de effract. Item (8) qui suppositam Jurisdictioni suæ mulierem, invitâ ipsâ, vel parentibus eiusdem re-nuentibus in matrimonium ducere conatus fuerit, licet nuptiæ sequutæ non fuerint, t. t. C. si quacunq; præditus potest. quive (9) alienas uxores sollicitare ausus fuerit, licet ipsarum pudicitiam expugnare non potuerit, l. 1. in princ. de Extraordin. criminib. (quam legem Farinacius num. 69. iterum malè interpretatur, dum exceptionem à regula sua in criminis qualitate comminiscitur.) idque feudorum jure in sollicitatione & affectatione uxoris domini multò fortius procedit, 1. feud. §. ubi

ubi Cuiacius. Non obst. cap. ultim. extr. de sponsalibus, ubi non de aliena sponsa; sed sua agitur: nec de poena; sed de effectu respectu matrimonij. Itemque si puero stuprum inferre conatus sit, aut puellam interpellaverit, d. l. 1. §. 2.

L I V.

Similis est causa eius, qui vel (10) eum, cui reverentiam debet in jus, l. 11. de in jus vocand. vel (11) studiosum ad forum saeculare pertrahere attentaverit, licet neuter iudicio steterit. Auth. habita C. ne filius pro patre. Ita Rebuf. Bl. Sichard. & Dd. comm. add. Auth. etiam ipse Cuiacius in recit. ibi: Et is cadit actione, qui studiosum ad alium iudicem vocaverit: Quanquam nescio an id textus admittat: nisi ita legamus, causa etiamsi iustissima fuerit, pro tali crimine cadat: quam lectionem in quatuor se Codicibus MS. reperisse Pacius notat. (12.) Eiusve militis, qui sibi manus intulit, nec factum peregit, juxta distinctionem l. si quis. 38. §. vlt. de poen. juncta l. 6. §. 7. de re milit. Tusc. d. concl. 544. n. 38.

L V.

(13) Hunc in modum in usibus feudorum loco supra allegato, hoc est, l. feud. 51. §. si voluerit. notabiliter definitum est: vasallum qui domino insidiatus sit, feudum amittere, licet insidiae exitum non habuerint. Quo in loco venerandae memoriae Antecessor noster Dn. D. Bitschius in commentario suo, maturata editione, praetot scribilibus Interpp. longè dignissimo haecenus planè ad sensum nostrum seqq. annotavit: verbo voluerit, designari solam meramq; voluntatem: verbo laboraverit, significari conatum facinoris perpetrandi, qui tamen effectum, non habuerit: deniq; insidiarum nomine denotari, crimen in se quidem perfectum, ob quod vasallus feudo privari debeat, 2. f. 24. cap. 1. §. porro. & 2. f. 57. sed tamen quia insidiae per se non suscipiantur, sed propter aliud, ipsam scilicet mortem domini; eo respectu eas pro solo conatu ac pro crimine imperfecto haberi posse, &c.

L V I.

Eodemque (14) referimus l. si quis. 5. C. de Episcop. & Cleric. canonisatam Can. 30. distinct. 1. de poenit. quam plerique Dd. sinistrè admodum interpretantur: siquidem ibi non tam de conatu faciendi strictissime sumpto pro conatu & facto simplici, quam de conatu à lege notato & definito ac determinato agitur. Nam in se considerata attentatio pudicitiae (ut Pontificij sentiunt) caelo dicatae, instar delicti ipsa

ipsa obtinet: licet ad actum abductionis vel corruptionis comparato delictum imperfectum dicatur & conatus speciem habeat.

LVI.

Et de hac factorum imperfectorum seu conatum specie puto etiam exaudiendam, ad eamq; restringendam esse (15.) regulam l. i. C. Th. ad l. lu. de ambitu; quâ alij nimis quàm audacter abutuntur: quod pari sorte leges scelus, quàm sceleris puniant voluntatem: nisi Impp. adhuc specialius de crimine ambitus cœpto & attentato accipiendi sunt propter verba præcedentia; neq; aliquid inter captum ambitum atq; perfectum esse arbitretur: hoc sensu: leges judiciorum publicorum sceleris (scilicet illius, de quo loquitur in numero unitatis) voluntatem (puta facti aliquo renudatam) æquè punire; atque si per ambitum honores quis jam sit consequutus. Philosophorum (quæ huc trahi solent) sententias, v. Senec. c. 7. de Const. sap. tanquam paradoxa, vel saltem ut postulata, scholis ipsorum discutienda relinquimus. Conf. Lips. 3. manud. ad. st. Philos. c. 21.

LVII.

Utiq; hanc definitionem, quod conatus à lege notatus puniendus sit, etiamnum hodiè obtinere firmiter credimus, utcunque Dd. communis schola adserant legibus de conatu loquentibus in universo orbe derogatum esse: Farinacius d. quest. 124. num. 78. Clarus 5. sentent. ult. quest. 92. num. 1. & communi ore ubiq; omnes. quod etiam Jcti Saxonici tradunt: jura scilicet Saxonica planè non coërcere conatum, Wesenb. parat. ad Leg. Jul. de adult. num. 5. & ad Leg. Pomp. de parricid. num. 7. in fin. itemq; consil. 114. num. 33. nisi in delictis quibusdam atrocioribus, Zierizius Steph. & alij. Berlich. 4. conclus. 6. num. 46. itemque conclus. 10. n. ult. v. Reiger. in voce affectus. n. 2.

LIX.

Nam initio, hæc opinione posita, legibus præmissis omnibus derogatum fuisse, dicendum esset: cuius derogationis nullum extat vestigium. Deinde Constitutio ista Carolina, quæ omnibus Judicibus & Jurisconsultis hodiè est oraculi vice observanda, frustra esset, quæ conatum puniendum, & quidem criminaliter puniendum esse ait. Tertio ipsimet Dd. contra aîrnuæ suum in multis casibus conatum etiamnum hodie criminaliter puniri, & puniendum esse tradunt.

LX.

Ita ipsimet Dd. statuunt (16) pœna gladij coërcendum esse eum, qui literas diffidatorias ad universitatem aliquam seu communitatem (secus si uni tantum ex universitate incendium quis minatus fuerit; tunc enim

Minim requiritur in super, ut signum inflammationis sit ad pensum Recess. de Anno 1555. §. Solches alles abzustellen / & §. Wir setzen / ordnen und wollen. Carpzov. part. 4. Iurisp. Saxon. constitut. 15. defn. 2. quia simplices istiusmodi denunciations, certatantum persona facta, nuda potius sunt mina quam diffidationes, Wesenb. ad §. item lex Iulia. de vi publica n. 4. Instit. de publ. iud. & Carpzov. d. defn 3.) per scripterit: welcher Absag- oder Behdebrieff an eine Gemeine abgehen lässt / etiam si ad actum non pervenerit, nec quicquam damni dederit: R. Absch. de Anno 1555. §. Wir setzen / ordnen; verbo: vnangesehen / ob sie sonst nichts anders mit der That gehandelt hätten. Itemq; hac nostra Constit. artic. 128. quia scilicet sola literarum ad communitatem aliquam emissio, vel signotum hostilium appensio etiam pro diffidatione à lege habetur. dd. loc. P. Frider. 1. de processib. cap. 25. sect. 5. Carpz. d. loc. Const. 14. defn 3. & 4. ubi id ad solam literarum scriptionem, qua emissa non fuerint, extendi d. Const. Sax. 17. part. 4. haud patitur.

L X I.

Ita eorundem Dd. etiam Saxonorum, confessione (16) Is, qui materiam igni concipiendo aptam deposuerit, flammis concremandus est, licet incendium sequutum non fuerit, aut in herba sit restinctum, ita ut damnum nullum dederit: quia, ut ipsi aiunt, per incendiarium non stetit, quo minus ædes inflammatae ac combustae fuerint. M. Colerus part. 1. decis. 186. Carpzov. part 4. Const. 17. definit. 4. vel potius quia factum etiam istud à lege est notatum, ut instar delicti in se perfecti videatur. d. R. I. de A. 1555. §. Wir setzen. vers. hierumb p. 403.

L X I I.

Ita iidem Dd. definiunt (17) filium, qui toxicum aliquod aut venenum, quo patrem aut matrem extingueret, comparavit; quamvis eo usus non sit, aut usus quidem sit; sed nullo effectu: hodiernum ordinariâ pœnâ esse adficiendum. de quo infra th 69. Berlich. 4. conclus. 6. num. 46. cum allegatis.

L X I I I.

Quam doctrinam cum rectè simpliciter proposuerit & defenderit Harprechtus ab §. alia demum Lex. 6 Inst. de public. iudic. num. 14. sinistrè ipsam accepit Farinacius quest. 120. num. 153. quando eam restringit ad actum delicto proximum; non idem concessurus in actu remoto. Hæc enim distinctio in factis à lege notatis non obtinet: Utut enim v. c. consultationes de invadenda Republica sint actus remotus, si comparentur cum ipsa invasione, tamen ordinariâ pœnâ

C legis



legis vindicantur, quia factum à lege notatum continent. Et rectius iterum habet regula ipsius Harprehti ad §. precedentem s. num. 368. Quod imò nec in atrocissimis delictis, quantumvis delinquens ad actum proximum pervenerit, (dummodò eventus defuerit) ordinaria pœna locū habeat; sed extraordinaria & mitior adhibenda sit: nisi in eadē lege pœna isti conatui expressè imponatur. l. 1. de extraord. crim. quomodo etiam ipse Farin. sibi contradicens d. q. 124. n. 17. determinat. Wes. in f. n. 16. de parr.

L X I V.

Nec ab hac sententia nos movere debet, quæ Dd. per movit l. 1. ad Leg. Cornel. de scar. pro ridiculo eum fore putantes, qui pœna legis Corneliæ eum a faciendo esse dicitet, (18.) qui cum telo ambulavit furti vel homicidij patrando causa, licet ea delicta non perpetraverit; quod exemplum maximè stringit Farinacium dict. quest. 124. n. 24. & M. Stephani ad hunc artic. n. 2. Itemq; si quis (19) ex l. 3. §. 1. ad l. Jul. de vi pub. statuat eum de vi publica hodiè teneri, qui pubes cum telo in publico fuerit, licet vim nullā fecerit. Ita enim malè foret juventuti nostræ, quā passim glaciis alligatā in medio foro ambulare cernimus.

L X V.

Etenim hîc initio ex l. 42. de V. S. distinguendum est, inter facta civiliter tantū seu positivo jure illicita: & inter ea, quæ jure simul naturali turpia habentur: Illa ut ex ratione civili, ex usu item & commodo Reip. introducuntur; sic cōtraria lege vel consuetudine facillè tolluntur: quomodo legē de armorū gestatione variis temporib. in Imperio variasse, atq; etiamnum alibi aliter servari ostensum est in Com. l. un. C. de armorum usus. N. M. W. Ubia. consuetudine licentia cuiq; sit armorum gestandorū, per consequentiam etiam pœna huius conatus tollitur: quod enim jure licet, pœnam non meretur. Secus est in iis, quæ utroq; jure turpia sunt, adeoque sola lege civili vel consuetudine non tolluntur, sed perpetuam firmitatem habent.

L X V I.

Hunc admodum distinguit ipse Cuiacius 15. obs. 25. ibi hoc in criminibus, quæ & naturali & civili jure damnantur. M. Stephani adhuc artic. n. 5. ibi in criminibus (non tantum atrocioribus ut illi sed etiam levioribus v. g. servi corrupti) quæ & naturali & civili jure damnantur, conatus & voluntas pro delicto puniendæ sunt, licet delictum non sit ad exitum vel effectum perductum (quam tamen sententiam oscitan. erglossa impurat, l. 1. §. 2. quod quisq; iur. quæ ibid. horū nihil habet.)

L X V I I.

Quod si in his quoq; causis, quæ naturale probum continent, lex durior cuiquam videatur, quam ut moribus huius seculi conveniat: v. g.

180

ut is qui (20) occidendi animo vulneravit, tanquam homicida puniatur,
l. 1. ad l. Corn. de sicar. ubi *Wes.* in par. n. 16. ait: non esse boni providiq; iudicis,
cum qui tantum vulneravit, pro homicida damnari, quod exemplū etiam
ceteri pleriq; urgent, v. P. *Musc.* vel potius *Iustin. Gobl.* qui illarū notarum
auctor dicitur à *Bullao* in *prafat.* Illi, inquam, hæcenus consentio, si non
primogeniam legis pœnam, sed substitutā postea pœnæ exasperatio-
nem, cum specie delicti per extensivam interpretationem declarata
componat, atq; ita, contra quam fas est, duas extensiones in eadem
causa committat. l. 1. C. de dot. promiss. gl. in l. cum post. 69. §. gener. 4. verbo
placuit. de jure dot. *Panorm.* ad. c. ult. extr. de sponsalib.

L X V I I I.

Ita e. g. in præsentī specie, tempore Hadriani pœnā l. Corneliae erat
deportatio, cum ademptione bonorum; quæ pœna etiam nū temporari-
bus J. Cti *Marciani d. l. 1. §. 3. auctoris* (qui ætate Alexandri Severi vixisse
creditur) nominatim pœna legis dicebatur: licet in vilioribus pœna
capitis irrogaretur, l. 3. §. ult. d. t. Non ergò Judex erraverit, qui animo
occidendi vulnerantem, hæc aut simili pœnā, illi subrogatā, adfecerit.

L X I X.

Ad eundem modum dixerim filium, qui venenum emit, ut patri
daret, quamvis dare non potuerit, hodiè num esse puniendum. d. *supr.*
th. 62. Verùm non parricidij, sed legis *Cornel.* pœna. l. 1. *fn. ad l. Pomp. de*
parricid. quæ erat deportatio, uti dictum *ex l. 3. in f. ad l. Corn. de sicar.*

L X X.

In parricidij enim crimine omninò distinguenda est pœna l. *Corneliae*
à pœna moribus majorum recepta: Hæc tantū manet peccantes
in linea recta. l. 9. §. 1. *ad l. Pomp. de parricid.* Illa est vel vetus, vel subro-
gata. Veteri, hoc est, l. *Corneliae* pœna plectendum putaverim filium
venenum ementem: ne sc. extensio pœnæ accedat ad extensionem de-
lictī, ut sic dicam, interpretativi: subrogata autem, h. e. capitalis pœna
maneant peccantes in linea collateralī aliasq; personas in l. 1. enarratas.

L X X I.

Huius n. l. 1. *ad l. Pomp. de parric.* verba intermedia (ut pœnā eā tenean-
tur, quæ est legis *Corn. de sicar.*) parenthesis includenda esse autumo, ut
sensus sit; legē *Pomp.* non tantū personarū in linea recta cognatarum
mentionem fecisse; sed & collateralium & aliarū sibi necessitudine
quadā junctarum: Ita tamen ut illæ quidē peccantes more majorū
puniantur, l. 9. §. 1. *ad l. Pomp. de parric.* Hæc a pœna legis *Corn.* sed recenti
& asperiore coërceantur. Cuius interpretationis alibi tradita & analo-
giā §. 6. *Inst. de publ. jud. declarata* nos nondum pœnitet.

L X X I I.

Hoc amplius si quis roget, quâ pœnâ adficiendus sit maritus, quî conjugem animo occidendi gladio lethali percusserit, ex quo ictu illa tamen non perierit, sed convaluerit? *quæ causa tractatur in consilio illo, quod Harpr. comm. ad §. 5. l. de publ. jud. n. 378. inseruit: Dicam intrepidè maritum morte plectendum non esse, (non quidem iis de causis, quæ d. l. referuntur, quippe quæ ipsi auctoris traditioni repugnant, conf. n. 226. cum n. 393. 395 quam ob hanc nostram læpius repetitam; quia lex istum conatû hâc pœnâ non notavit;) sed pœnâ legis Cor. h. e. deportatione puniendum: juxta l. 1. §. 3. ad l. Cornel. de sicar. qua lege attentatum hoc notatû reperitur, conf. Wesf. ad l. Pomp. de parr. n. 7. Harpr. d. l. n. 386. Carpz. part. 3 Jurispr. Forens. Const. 26 def. 7. n. 4. ubi refert, virum, qui necem uxoris saltem molitus fuerat, lucrum statutarium quoq; perdidisse, etiamsi propositum suum ad effectum non perduxisset.*

L X X I I I.

Vicissim, si aliquis quærat, an filius, qui patrè lapidib. petiit, quibus tamen vel planè non, vel leviter saltem læsus fuerit, an ob attentatum istud, parricidi pœna teneatur? Ex eâdem ratione id negaverim: Quia hoc factum lege Pompeia non fuit notatum: sed vel lege Cornelia si animus occidendi probetur, uti potest außerslichen und scheinlichen Wercken / d. l. 1. §. 3. ad leg. Cornel. de sicar. vel levius, si contrarium appareat, l. 1. §. 2. de obsequ. parent. & patron. præst. uti superiori anno de facto consultus nomine Facultatis nostræ, Iudici & Assessoribus Benseldensibus me respondisse memini.

L X X I V.

Sanè iis locis, ubi ipsorû del. et orû pœnæ mutatae & ex corporalibus pecuniariæ factæ sunt, (uti summa cum iniquitate inductû est circa l. Jul. de adult. v. Clar. §. adulterum n. 8.) conatum etiam à lege notatum, necessitate consequentiæ & hypotheseos remissius puniendum esse facile largiar.

L X X V.

Et hæc de conatu à lege notato: quod reliqua facta imperfecta attinet, quæ à lege quidem notata non sunt, evidenter tamen ostenduntur adperagendum maleficium directâ fuisse, distinguendum est cum Imp. Carolo (præcedens enim species hanc distinctionem non patitur) an impedita fuerint principio interno vel externo.

L X X V I.

Principium internum hoc casu vocamus, mentis seu propositi immutationem, quæ pœnitentia dicitur; & Philosophis definitur reflexio

flexio intellectus ad improbandum malefactum: seu affectio nolendi
facile: Scalig. exerc. 315. conf. l. 6. §. 1. ad Sctum. Tertull.

187

L X X V I I.

Hoc priore casu conatus impunis est argumento articuli nostri
ibi: durch andere Mittel wider seinen Willen / forte quia primi motus
non sunt in potestate nostra, gl. ad l. 5. C. de Episc. Cler. & quod ex calore
quodam atq; impetu animi fit, non per ratam esse censetur, quam si
perseverantia animi ostendat iudicium certum, fixumque decretum
fuisse, l. 48. de R. I. Eamq; regulam Dd. etiam proponunt. Tusc. lit. c. concl. 544.
n. 6. ibi conatus non puniatur, quando stetit per eum, qui debuit delinquere,
& non voluit, quia poenituit.

L X X V I I I.

Exemplum huius regulæ Felinus d. Tract. n. 3. ineptè petit ex l. 65.
de furtis: quia ibi de poenitentia post factum consummatum subeunte
agitur: & imò contrarium huius regulæ ibi deciditur.

L X X I X.

Nec eò pertinent l. 8. §. 14. de inoff. test. §. 3. de falsis. l. 17. §. 1. de Edilit.
Edicto. l. pen. de vi bon. rapt. l. 3. C. de Apostat. Nam & hi textus de delictis
ipsis perfectis jam & consummatis tractant: in quibus poenitentia,
cum desistentia & delinquendo conjuncta, poenam quidem non tollit,
l. 65. de furt. (dissentit iterum Farinac. quest. 124. num. 150. & seqq.) sed
mitigat Tiraquell. de poen. temper. q. 60. P. Heig. p. 2. q. 32. n. 22. Carpzov.
Jurispr. Sax. p. 4. const. 2. defn. 10. ipse Farin. ib. d. n. 68.

L X X X.

Quin & in universum regulam d. l. 65. de furt. limitandam censent
in iis criminibus, in quibus etiam post perfectum delictum res in in-
tegrum statum restitui potest (veluti contingit in furto) ubi omninò
poena mitiganda sit, Berlich. 4. conclus. 44. n. 70. eumq; sequutus Carpzov.
part. 4. Jurispr. Saxon. Constit. 16. defn. 1.

L X X X I.

Quemadmodum & eum, qui literas diffidatorias emisit, vel signum
inflammationis, (quibus universitas in aliquem terrorem conjiceretur)
adfixit; si literas vel signa, antequam accaleretur, ex poenitentia revo-
caverit, adeoque terrorem sustulerit, poenam mortis ordinariam effu-
gere concludit, idem ad tit. conf. 16. defn. 1. & 2.

L X X X I I.

Exempla igitur aptiora th. 77. peti possunt ex l. 2. de in jus voc. l. 3.
de his qui not. infam. l. 8. C. de his quib. ut indign.

C 3

LXXXIII.

LXXXIII.

Hoc amplius dicemus, regulam non tantum in levioribus, sed & in gravioribus delictis obtinere, vid. l. 5. C. ad Senatusc. Turpill. l. 19. ad leg. Cornel. de fals.

LXXXIV.

Hinc in gravissimo quoq; parricidij crimine, si v. c. filius venenum emerit, ut patri daret; ac antequam daret, pœnitentiã ductus, factum detestetur; parcendum ei esse existimem: Quia Lex Pomp. tum de-
mum emtionem notat, punitque, cum quis dare non potuit, l. 1. in fin. ad l. Pomp. de parric. hoc est, à principio seu facto externo fuit impedi-
tus. Atq; ita limitandam puto traditionem Harprehti & eorum quos ille adducit, Dd. in §. alia deinde lex. 6. n. 14. de publ. jud.

LXXXV.

Ita Dd. eum, qui cædem mandavit, si re integrã mandatũ revocet, veniã dignũ rectè judicant: post Marsil. & Damh. C. l. A. ad l. Corn. de sic. th. 4. n. 4. post med. secus si impedimentũ à principio externo objiciatur. Far. n. 90. & seqq.

LXXXVI.

Eodemq; modo, qui cõspiratione nondũ detectã pœnitentiã ductus resipuerit, & cõspirationẽ manifestaverit, liberatur, l. 5. f. C. ad l. lu. M. uri dictum th. 49. sed de hac re in tractatu de pœnitentia plura.

LXXXVII.

Principium porro externum, quo delicti perpetratio impeditur, est vel privativum, hoc est, deficientis objecti, vel positivum, hoc est, prohibentis hominis aut obsistentis casus.

LXXXVIII.

Ubi regula quidẽ à Gailio d. c. 14. n. 8. traditur: quod quotiescunq; non stat per aliquem, quo minus actus perficiatur, tunc actus pro per-
fecto & impleto habeatur. Verum eam de priore specie, factorũ à lege notatorũ facilius admiserim. In simplici n. conatu, cuius executio im-
peditur ex defectu objecti, rectius fortè dixerim conatũ impunitũ esse debere eã ratione: quod ante omnia de corpore delicti cõstare debeat: hoc autem deficiente omnem de pœna quæstionem frustraneam esse.

LXXXIX.

Quemadmodum etiam de eadẽ hac conatus specie propriè exau-
diendam esse arbitror regulam l. 1. f. quod quisq;. alias nimis latè paten-
tem, quod sc. conatus non obsit, cum injuria nullum habet effectum. Loquitur enim Ictus ibidem disertè de eo casu, cum magistratus jus dixerit inter eos, inter quos jurisdictionem non habuit: deficit enim

cor-

Corpus seu objectum delicti, arg. d. l. 1. §. 2. cir. An. ibi nec est ulla sententia. Licet eam legē aliter exponant Dd. pleriq; omnes, ut videre licet apud Farin. n. 68. qui specialitatis rationem in eo collocant, quod delictum illud puniatur non per viam accusationis, sed per modum compensationis. Atqui in altera specie, l. 3. d. t. etiam coercitio fit per modum compensationis; & tamen Edicto locus est, vid. s. th., 8.

X C.

Nec obstat huic explicationi, quod eod. §. 2. l. 1. generaliter enunciatur: cessare Edictum, si is, qui cum vellet statuere, prohibitus sit, ita ut decretum effectum non habuerit: quo ipso etiam distinctio inter impedimentū positivum & privativum everti videtur. Nam imò notandum est, Jctū in priore §. 1. loqui de conatu voluntatis seu mentis, hoc est de conatu improprie & largius sumto, atq. verbi vellet statuere: posteriore de conatu manus, hoc est, proprie & strictè sumto. Atqui illum casum ad hanc speciem conatus non pertinere, supra annotatum est.

X C I.

Sed ponamus aliud definitionis huius exemplum: Ecce si quis legatum sibi adscripserit in testamento, quod postea signatum non fuerit, nec Scto Liboniano, nec interdicto de tabb. exhibendis locus erit, l. si quis. 6. v. ceterum. de l. Corn. de fals. prius enim oportet esse aliquod testamentum, ut Scto locus sit, d. l. 6. testamentum enim quod nullo jure valet, impunè supprimitur: nihil enim est, quod ex eo petatur, aut consistere possit, l. si quis. 38. §. 6. de pan. ¶ Comittit ergò iterum paralogismum causæ Farinacius d. q. 124. n. 67. qui decisionis eius rationem hanc ponit, quod delictum sit irregulare; Unde conatus non puniatur: quia imò delictum circa rem nullam, aut quod pro nulla injure habeatur, nullū perpetratur: Ergò nec conatus pœnam meretur. Cum non entis nullæ sint affectiones.

X C II.

Ultimo ergò casu, si conatus à lege non notatus impedimento quodam posito sufflaminetur & inhibeatur, tum v. arbitrio judicis locum fieri ipse existimem: qui pro conditione delicti quod perpetrandū erat, itemq; facti proximi remote qualitate modò durius, modò gravius in facinorosos advertat, arg. l. 1. f. de jur. delib. l. 11. de pœn. Clar. lib. 5. q. 92.

X C III.

Nam quod Dd. indistinctè definiunt, posse judicem pœnam à lege præscriptam augere vel minuere, vel prorsus in aliam speciem commutare, Mysf. 2. O. 30. Far. q. 124. n. 75. & plur. interpr. ab his allegati, abusi

b. 31



utiles futuræ sint, meritò is solvit, quod ad eum pervenit Gatl. d. cap. 14. n. 13. Ex quo è contrario, ratione impensarum utilium, eruitur, quòd, etsi plurimùm, minùs tamen utiliter expendat conductor, ejus deductionem habere non possit l. 38. ibi, usq; eo duntaxat ff. de R. V. Secus est in Judicio Universalì l. 37. ff. de hered. petit. Cl. Jctus Dn. D. Locamer p. m. ad §. 33. Instit. de R. D. In necessariis impensis aliud est Judicium, quæ omninò restituendæ, etiamsi res in quam factæ sunt, perempta sit. l. 8. pr. ff. de pign. act. l. 4. ff. de impens. in rem. dot. fact.

LX. In §. prox. pæced. dictum, Dominum meliorationum æstimationem præstare debere, dispiciendum itaq; est, secundum quod tempus illa faciendæ, an secundum tempus restitutionis rei, an verò secundum illud tempus, in quo facta sunt melioramenta? Æstimationem faciendam esse secundum tempus restitutionis rei, tradunt Dd. longo catalogo recitati à Menochio d. remed. n. 557. In Jure enim præsentia rerum pretia spectamus l. 3. §. 5. ff. de Jure fisc. l. 2. C. de patr. qui fil. distr. l. 3. ff. de Censib. l. 58. ff. de Leg. 1.

LXI. Cùm propter cessationem exolvendi canonis, colonus à Domino fundo expelli possit. l. 54. §. 1. ff. Locat. annon eâ culpâ simul quæque meliorationes perdit? Negatur propter l. pen. l. 55. §. 1. ff. eod. Menoch. d. remed. n. 551. Gatl. d. cap. 14. n. 10. Card. Mantica d. tract. tom. 2. lib. 22. tit. 2. n. 53. 54. Nec obstat. Nov. 120. c. 8. quæ ut Specialis de bonis Ecclesiæ accipiendæ, secus est in bonis privatorum dd. ll.

Potuissem propter materiæ connexionem commodè hic contexere remedia, quibus colonis quoque contra Dominos proprietarios subvenitur, sed quia ea ubertim invenire apud quosvis, qui Locatione & conductione scripserunt, haut difficile sit, solum tractationis certis de causis abrumpo, quæq; in hac necessaria vel omissa vel minùs quadrantiâ posita, ea vel addenda vel ressecanda, commodiori tempore, ubi materia hæc peregrina planè & perdifficilis, sed ulà ulteriori indagazione perspectior mihi reddita fuerit, judiciumq; accuratius succreverit, reservo.

Hæc igitur pro ratione Instituti nostri nunc sufficiant: quibus hæc disertatio nostræ in eodem, Unde orta est, Domini JESU Christi nomine finiatur.

F I N I S.

ULB Halle
005 714 745

3



VD17







171

SPECIMEN VINDICIARVM CAROLINARVM

L. 171
1638,4

Sive

SENTENTIA CONSTI- TUTIONIS CAROLINAE

de judiciis publicis Artic. 178. à corruptelis
Pragmaticorum vindicata:

Cuius defensionem

PRÆSIDE

JOHANNE OTTONE TABORE

J. U. D. Codicis & Feudal. placit. Profess.

IN AUDITORIO SOLENNE

Ad diem 23. Augusti

Horis ante & pomeridianis

Pro virili sustinendam, suscepit

PAULUS GAMBS ARGENTINENSIS



ARGENTORATI

Excudebant PAULI LEDERTZ Heredes.

M. DC. XXXIIX.

